



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti
Ethicorum**

Melanchthon, Philipp

Witebergæ, 1583

VD16 ZV 20638

Alivd.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

dicta loquantur de electione voluntatis, quae vi-
ro de euentu. Ingens enim discrimen est electio-
nis & euentus. Antonius vult imperium, & hu-
ius electionis causa est sola voluntas, sed eue-
tus pendet ab alijs multis causis. Saul vult ne-
cem Dauidis, sed euentus impeditur.

Cum igitur ingens discrimen sit electionis &
euentus, dicta de euentibus non transferantur ad
tollendam electionem voluntatis. Manifestum
est, Saulem potuisse velle necem Dauidis, sed e-
uentus aliunde impediabatur. Et haec dicta, sunt
doctrinae & consolationes, prohibent fiduciam no-
stri, monent ut iusta & conuenientia vocationi
velimus, & petamus auxilium Dei, monent eti-
am, ne fracti terroribus, desinamus recte facere,
quia euentus non a solis voluntatibus hominum
pendent. Non confidat Pharaeo, se oppressurum
esse Israelitas, etiamsi vult & decreuit. Non
desperent exules, in Babylone dum seruatorum
esse Ecclesiam, etiamsi dissipata erat.

A L I V D.

*ho loq. nihil nisi
ostendit nisi in
ad p. 15.* Jerem. 10. Scio Domine, non est hominis via
eius, nec viri est dirigere gressus suos.

Ergo nulla est libertas voluntatis.

Nego consequentiam, & ratio est, quia non
valet consequentia a particulari ad vniuersale.
Non omnia prospicimus in vocatione, & non o-
mnia possumus perficere. Ergo nihil prospicimus,
&

et nihil agimus. Nam haec sententia de vocatione loquitur, quam nominat viam, et exclusiue intelligenda est: Non est hominis via eius, id est, vocatio non feliciter regitur solis humanis consiliis, et viribus, sed sciamus opus esse Dei auxilio, sicut multa dicta similia docent: Nisi Dominus custodierit ciuitatem, &c. Item: Sine me nihil potestis facere.

Concurrant igitur in nobis, diligentia et fides, Est aliquis conatus voluntatis in Dauide renato, ad faciendum officium sed accedat fides, petens auxilium Dei, et certo statuatur, Deum verè velo opitulari, et postulare hunc cultum, vt ab ipso expectemus auxilium, nec nos sine auxilio Dei salutaria facere posse. Sic et vox Psalmi docet: Commenda Deo viam tuam, et ipse faciet. Haec doctrina de copulatione diligentiae et fidei, inter praecipuas vitae regulas tenenda est, vt videntur Stoici et Epicurei furores, &c. nec viuamus sine Deo, elati fiducia propriae sapientiae, vel desperatione deserentes vocationem.

ALIVD EPHES. I.

omnium secundum consilium suum

Deus agit omnia secundum consilium voluntatis suae. *et voluntas humana in hoc agit*

Respondeo: Hoc vniuersale dictum non loquitur de veroq; genere actionum, de bonis et malis actionibus omnium hominum, sed tantum

E 3 de beo